



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Mors nuntiata. 61

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

scidio: & miratus esse, quos adhuc delectaret fabulas concinnare, dum oculis suis viderent seriam mortem in vicinia grafari.

LXI. *Mors nuntiata.*

I Nter hæc morbus remedio maior, spem opemque medicorum expugnarat. Moniti super eò periculo præfides Vbaldinum adveniunt: capitis vitæque discrimen & mortis non ambigua signa, tristes indicant. Hortantur: maestè virtute esse pergat; neque hoc supremæ necessitatis nuntio: quo ceterum vulgus cõsterneretur, expauescat, esse hunc illi dolorum laborumque occasum, qui vitæ feliciori (iam quoties expetita?) præludat. Nuntium accepit Antonius vultu ad eò nihil turbato, vt ridenti ge-

stientique propior, mouerit admirationem. Post paullo ad eos, qui de morte nuncium attulerant; Ego verò & volens, inquit, libensque mortem hanc opto. neq; de vlla eius iniuria conqueror, nisi quod accidit incruenta. Quippe optaueram, aut ferro in ceruices vibrato occumbere, aut inter luctantes Iapporum flammis sanguinem vitæque pro eò certè Domino quem mei amor, in Crucem egit expirare. Ignaua mihi mors est, quæ se iubet in lectulo expectari. Inde partem, conspicatus, quo semper vsus ad eluendas animi labes fuerat; ô pater, inquit, ô animi mei, quem Christi sanguine toties irrigasti, moderator; quid agere pauper insistam, quo gratum ego me tandem

dem
bene
fine,
ne qu
huius
asse
hoc e
dam
dam
oper
quar

LXII

N

rent
Vba
insti
lerat
secre
mul

dem Deo dominóque meo, tot beneficijs affectus, ostendam? sine, dum restat aliquid mei, sine quicquid est vitæ animæque huius, vt opifici meo totum ex asse contradam; & quantulum hoc etiã, totum erit, quod tradam? Sed sine tu tamen vt tradam; méque hac summa in re, opera adhuc opéque suprema, quantum potest adiuta.

LXII. Ingrediendi Societatem desideria.

Non fugiebat Patrem, quo hæc ægri desideria verge- rent; siquidem haud ita nuper, Vbaldinus, diuersa religionum instituta scitáque inter se contu- lerat; & cui vni præcipuè se con- secraret, diu cum animo suo multúmque exputarat. Denique